Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philosophia Aristotelica-Thomistica - Cod. Ettenheim-Münster 226

Endel, Roman
Majer, Ferdinand

[s.l.], 1731-1732

Articulus unica

urn:nbn:de:bsz:31-120354

Visual Library

Ad 3um ad quid dm non possunt producere se solis cm. quamq.
adiuta ab influxis coelestibus non m. etc. sicq 2 elementa disponantur
in se agant, seque corrumpant, ita ut quid elementum generetur
tunc in aëre v.g.: de novo genito humiditas, aqua calida
in humida miscendis generanda influxu caloris coelestium,
quæ in hoc casu sit causa particularis, ad gradum ut cs et
si elementum aëris constituitur.

Quæstio Secunda
de
Meteoris
Articulus unicus
de
Meteoris in genere et particulari.

Dicendum est 1o Meteora nihil aliud sunt, quam effectus naturalis N. 501mus.
ex vapore vel exhalatione elementorum apparentes, quippe tantum
duo elementa sunt vaporabilia, nimirum terra et aqua ob
grossiorem eorum partium, aer autem et ignis habent subtiles
partes, ideo non sunt vaporabiles, sicut ad meteora generanda
requirantur.

Dicendum 2o. Meteora dividuntur 1o in illa, quæ fiunt sine N. 502dus.
vapore et exhalatione, et in alia, quæ fiunt cum
vapore et exhalatione, priora sunt in diversis sortibus vel in
sunt in caelo or. v.g.: via Lactea, vel in 2do caelo, v.g.: eclipsis
Solis, vel in 3o caelo. v.g.: eclipsis Lunæ: vel etiam in nubibus
veluti iris, et alij colores in nubibus apparentes.
Altera meteora autem, quæ fiunt cum vapore et exhalatione
etiam sunt varia, nam vel exhalatio est calida et tunc
generatur cometa, vel exhalatio est humida, tunc generantur
venti; vel fiunt terræ motus, deinde vapor, sicut aquæ
fiunt nubes, pluvia, grando etc. Si vapor et exhalatio
simul reperiantur, ita ut vapor superet exhalationem
tunc fiunt tonitrua et fulgura, hic praesertim

N. 503 ns. Dico 1º. Materialis meteororum est certa terrae et aquae proportio, non tamen remota, sed proxima est vapor et exhalatio, ut docent Aristoteles in consensu, ut a aliquo certo corpore exhalare contingit ut habeat partes simul crassas et subtiles, ita ut partes subtiles virtute caloris separentur a partibus crassis: sic videmus calorem solis ex aqua attrahere partes subtiles instar fumi; ignis vero et aer quia habent partes nimis subtiles, ideo non possunt assignari pro materia meteororum. Vapor, qui assignatur pro materia proxima, aliud non est, quam exhalatio calida et humida, quae oritur ex humore aqueo, qualis v.g. videtur ascendere ex aqua fervente. Exhalatio describitur, quod sit exhalatio calida et sicca, ex his aliqua meteora fiunt ex solo vapore, alia ex sola exhalatione, alia ex vapore et exhalatione simul. Vapor et exhalatio subtiles non differunt specie, a principio a quo producuntur, et praesertim differunt in quantum dicuntur maiorem raritatem, dum certa econtra habeant maiorem densitatem, et ex hac causa etiam aliam rationem formalem non requirunt.

N. 504 ns. Dico 2do. Causa efficiens meteororum ex omnium confessione sunt corpora coelestia, praecipue Sol, astra namque et maxime Sol suis influxibus terram et aquam, dum attenuando, dum rarefaciendo, vapores et exhalationes excitant, magis subtiles elevant, et postmodum ex eis fiunt meteora, adeoque etiam aliae regiones mediis quibus aer infimae regionis medio calore concurrit ad generationem quarundam meteororum, aer vero regionis mediae frigore ad condensationem nubium pluviarumque, et praeterea beneficio motus et agitationis a parte ... partiumque fulgurum ac fulminum.

N. 505 ns. Dico 3tio. Finis meteororum est multiplex, inter quos praecipue pluviae et similium a natura. Deusque auctor eius ordinavit ad faecundandam terram, generationem conservationemque vegetabilium.

venti à purgando aëre, incorrupti. Reliq. iam comprobatur
indicandum de alijs. Finis porro remotus eorum et pulcher
rimus, qua ex eorum varietate sit mirifice resplendet.
Finis demum eorum, sicut et rerum caeterarum Dei gloria.

Quid est? Meteora fiunt in 3 locis, 1o in aëre, qui N. 506
dividitur in 3 regiones, infimam, mediam et supremam, 1ma est,
qua nos circumdat: in hac regione fiunt varia meteora,
tam in terra quam mari. 2da est media aëris regio est
illa in qua generantur nubes: in hac regione fiunt
illa meteora, quae apparent in nubibus. Tandem
suprema aëris regio continet cometas, alia meteora
ignea. 2do Loco meteorum est aqua varijs impressionibus
et qualitatibus affecta, uti salsedine &c. 3tio Loco terra,
et ubi sunt fontes, fiunt terrae motus. In Caelo
ignis propria non fiunt meteora. Qui ignis elementum
alij 3 regiones aëris ita exponunt, ita suprema sit
illa, quae a quarto igni incipit, et durat quousque solet
ignis sphaeram contingere. Media regio aëris est frigidissima,
quia ob distantiam nec calefit ab igne superiori, nec
a reflexione radiorum solarium. Infima regio aëris est
calida propter reflexionem radiorum Solarium.

Quid est? Quot sunt Meteora in partibus lucidis? N. 507
Iris, Virga, Bezielia, Vorago, hiatus, halo, quae
et area dicitur. Iris est naturale signum pluviae proxime
futurae, non tamen valde copiosae, quod hoc experimentis
non semel quam pluribus. Quae est causa Iridis? causam invenies
materialem, formalem, efficientem et finalem. materialis causa
est nubes in qua et ex qua formatur Iris: formalis est lux,
formalis quippe causa alicujus rei est id, quod ipsam constituit,
Lux autem constituit illud verbum est: causa efficiens Sol.
quatenus Sol efficiat in nube Lucem, qua Iris formaliter
constituitur: finalis vero est non solum pulchritudo universi,
verum etiam id, quod statuitur a Deo, fuit instituta, et a
ut sit Deo imiter signum pluviae.

Virgae Lunae fiunt eodem modo: Item quod subinde existit
aliqua nubes irregularis, id est non eiusdem dispositionis et texturae,
sed una parte rarior, et alia densior, dum enim
radii Solares in eiusmodi nubem incidunt, partes rariores
penetrantes perpendiculariter versus terram, densiores vero
eos aliqua refractione exhibent speciem virgarum.
Parhelia sunt, quod in caelo apparent plures Soles; hoc
et Lunae accidit, quando Soli ex obliquo sive ad latus
occurrit nubes ex una parte polita versus solem diaphana,
ex altera vero parte posteriori opaca ad modum speculi,
quod a tergo plumbo tegitur; in tali itaque nube, velut
Sol projicit suam figuram ad oculos nostros reflectitur
et repraesentatur veluti duplex. Vorago et hiatus
ita efficitur: Solent serena nocte conspici multae
exhalationes sub Luna, vel aliis lucidioribus astris, quae
in medio quidem valde densae, in tota vero circumferentia
sunt rariores; cum jam medium illarum exhalationum ob
suam densitatem minus illustretur a Luna quam extremitates
circumferentiae, et obtineat suam extremitatem, ut appareat
profundius, atque a nobis remotius quam illa, utpote
magis illustrata ac nitida videntur propinquiora;
hinc exhibetur imago foveae alicujus, ipsa quidem si
magna appareat, vorago dicitur, si parva hiatus.
Halo est quidam circulus, qui videtur interdum circa Solem,
et frequenter nocte circa Lunam, quem nostrates coronam
vocitant; provenit ex eo, quod nubes aliqua aequalis ubique
transparens existat directe infra Solem aut Lunam,
densior tamen quam ut radii Lucidi recta possint transmitti,
qui proinde refringuntur ad dorsum ejus, et extremitates
atque oculis splendidum quendam circulum efficere apparet
possent hic plura de meteoris in particulari dici
quae tamen multa difficultate, in rara meteorum et geometricorum
scientiarum explicatione non faciam, sed solum frequentiora tetigi

auctorum communis.

Disputatio 3ia in Libros de anima

Quaestio 1a de Anima in communi

Articulus 1us

Quid et quotuplex sit anima?

Notandum. Naturam animae prisci philosophi explicabant modis variis atque discordibus, ut de re nulla alia inter se magis dissenserint. eorum placita seu potius deliria multiplicia ad 3 sectas revocant Conimbricenses hic L. 1o c. 1o et Card: Aguirre. Disp: 75. Sect: 1. 1am sectam illi constituunt, qui naturam animae per causam motus exponebant quoniam diversimode ex quibus sunt Democritus, Plato, Anaxagoras et alij: ad 2am sectam illi pertinent, qui statuerunt animam esse quid corporeum; de alia demum sunt de reliquis philosophantes sunt maxime varia sententiae, ex his sunt Heraclitus, Diogenes, Empedocles, [illegible] quia sectae adnumerandi sunt, quibus anima natura ex incorporeo quopiam id sive subtili spiritu consistere. Sic Zenon credidit animam esse spiritum corporeum con- cretum; Aristoxenes tenuit esse spiritum tenuem et [illegible]; Aristoteles vocavit spiritum calidum per omnes dispersum. Videatur Lucretius 1o Tuscul: [illegible] Plutarchus L. 4. de placitis c. 2. et alij. Quare contemptis his absurditatibus — N. 504us

Dico 1o. Anima est actus 1us corporis naturalis organici potentiâ vitam habentis, ita Aristoteles L. 2 de anima capite 1o §. 6. et 7. Dicitur 1o actus loco generis, in quo anima convenit cum omnibus formis viventibus et non viventibus, substantialibus et accidentalibus, omnibus cum participant rationem actus. Dicitur 2o 1us. cum enim non praesupponat aliud actum, — N. 509us